



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De purgatorio Margaretae sanctimonialis de sancto Saluatore, cap. 36.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

quæ excogitari potest in hoc mundo. Cæs. Requisitus de hoc verbo à me quidā magnus theologus, respōdit: Falsissimum est, nisi intelligatur de eodē genere pene, verbi gratia; Ignis ille acutior est nostro, frigus frigore nostro, & sic de cæteris: quibus a certiori subsequētes visiones concordant.

CAPV^T XXXVI.

Circa hoc triennium puella quædam paruula, *De diuer nouem ut puto annorum*, in monte Sancti *sis panis* Saluatoris, quæ domus ordinis nostri est, in *purgādo-* adientu ipsius Saluatoris mortua est: defuncta verò, *rum*. clara die, conuentu stante in choro, ipsa chorum intravit, intrans, ante altare satis profundè inclinavit, sic in locum suum, ubi stare solita erat, secedens. Quā iuxta se alia puella, penè eiusdem ætatis, stare videns, & mortuam sciens, tanto horrore concussa est, ut notaretur. Requisita verò à domina Benigna Abbatissa, à cuius ore audiui, quæ dicturus sum, cur ita in choro concuteretur, respondit: sic & sic soror Gertrudis in chorum venit, & cum dictis vesperis commemoratio fieret dominæ nostræ, ad collectam se in terram, stans iuxta me, prostrauit; finita verò collecta, se erigens, abiit: hæc fuit causa horroris mei. Abbatissa, timens illusiones diabolicas, ait puellæ: Soror Margareta (hoc ei nomen erat) si denuo venerit ad te soror Gertrudis, dic ei: Benedicite; & si responderit tibi; Dominus, interroga unde veniat, vel quid querat. Sequenti die illa venit, & salutata, cum respondisset, Dominus, puella subjunxit: Bona soror Gertrudis, unde tali hora venis, vel quid apud nos queris? Respondit illa: Ad satisfactionem hic veni, quia libenter tecum in choro susurrai, semiplenè verba proferes, idcirco in eodem loco iussa sum satisfacere, ubi me contigit peccare: & nisi tibi de eodem vitio caueas, eandem pœnam moriens sustinebis. Cum quarta vice prædicto modo satisfecisset, ait consorori: Modò satisfactionem meam compleui, de cætero non me videbis; quod ita factum est. Nam ea aspiciente, tendebat versus cœmiterium, mirabili virtute murum eius transcedens. Ecce tale fuit purgatorium huius virginis.

Zz 4

APOL-

APOLLONIVS: Non est sanæ mentis, qui huiusmodi pœnam omni pœna huius mundi dixerit acutiores. **CÆSARIVS:** De hoc pleniū in sequenti cap. disputabitur: Margareta vero ex comminatione defunctæ sic territa est, ut infirmata, ad extrema deueniret: quæ rapta in excessum mentis, sic jacuit, ut omnibus defuncta videretur; post horam reuersa, quasdam ex sororibus in præsentia dominæ nostræ te vidisse, quasdam e illic non vidisse testata est: Dicebat etiam, quia eadem gloriosa virgo Maria coronam in manu haberet, quia Stepponis tacerdotis esse dicebat. Idem Steppo presbyter fuit valde religiosus, & mirè charitatiu in eodem monte Deo, prædictisque sororibus seruens. Ut autem noueris non esse curandum, quacunq; morte justus moriatur, idem Steppo, cum in acutis laboresaret anno præterito, materia rapta in cerebrum totus factus est phreneticus, ita ut multas blasphemias euomeret. Defuncto eo atque sepulto, Dominus nutrita eius volens ostendere, miracula ad eius tumtam dignatus est operari: infirmi, sicut audiui, super ilam dormiunt, & tani surgunt. **APOLLONIVS:** Nunc ederas, quæ residua sunt de purgatorio. **CÆSARIVS:** Qui huldam sola carætia diuinæ visionis purgatorium est, sicut in hoc patet exemplo.

CAPUT XXXVII.

Ante hos duodecim annos, monachus quidam Wilhelmus nomine apud nos defunctus est; puer quidem ad ordinem venit, & verè puer, quia purus & impollutus, genere nobilis erat, sed virtus mentis magis illum nobilitabat. Completo anno probationis, sequenti die cœpit infirmari, & post paucos dies, sancto fine decedens, expedit tempora multa. Qui statim post mortem cuidam monacho apparens, cum de statu suo requireretur, respondit se esse in pœnis. De quo verbo cum ille territus fuerit, & diceret: Si tu es in pœnis, qui nunquam peccasti, quid fieri de me peccatore, meique similibus? Consolans eum defunctus ait: Noli flere, quia